Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26105
Copyright: Admont, Benediktinerstift

immutat faciem illi: siue in bona siue in mala. Vestigium cordis boni et faciem bonam difficile inuenies: et cum labore. Qui non labitur uerbo suo beatus est.
Beatus qui non est lapsus peccatis ex ore suo: et non est stimulat eum tristitia delicti. Felix qui non lubiuat animi sui tristitiam: et non excidit abspe sua. Auro cupido et tenaci sine ratione substantia est: et homini liuido adquid aurum. Qui accumulat ex animo suo inuiste alius congregat: et in bonis ipsi alii luxuriabitur. Qui sibi nequam est: cui alio bonus erit: et non iocundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet nichil est illo nequius: et hec redditio est malicie illi. Et si bene fecerit ignorant et non uolens facit: et in nouissimo manifestat malitiam suam. Nequam est oculus liuidi: et auertens faciem et despiciens animam suam. Insatiabilis oculus cupidi in parte iniustitiae: non saciabitur donec consumet arefaciens animam suam. Oculus malus ad mala et non saciabitur pane: et indigens et in tristitia erit super mensam suam. De

Fili si habes benefac tecum: beneficiendo quia mors non tardat.
et deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniam mors non tardat: et testamentum inferni quod demonstratum est tibi. Testamentum enim hominum mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo: et secundum uires tuas porrigens da pauperi. Non defraudetur a die bona: et particula boni doni non te pereat. Nonne alius relinquet dolores et labores tuos. In diuisione sortis da et accipe: et iustifica animam tuam. Ante obitum tuum opera iustitiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Omnis caro sicut fenum ueterascit: et sicut folium fructificans in arbore uiridi. Alia generat et alia deicit: sic generatio carnis et sanguinis: alia finit et alia nascitur.
Omne opus corruptibile in fine deficiet: et qui illud operatur ibit cum eo. Sic omne opus electum iustificabitur: et qui operatur illud honorabitur in illo. Beatus uir qui in sapientia morabitur: et qui in iustitia meditabitur: et in sensu cogitabit circumspectionem dei: qui enarrat uias illius in suo corde: et in abscondis illius intelligens: uadens post illum quasi inuestigans: et in uiis illius